

**NUNTIORUM  
SERIES CHRONOLOGICA**



## Prolegomena

In tabulis infra impressis continentur singula de vita, actis, litteris missis allatisque eorum, qui in Polonia munere legati vel nuntii pontificii fungebantur. Vellemus, ut hae tabulae ad singula volumina totius editionis "Acta Nuntiaturae Polonae" componenda pertinerent. Tabulas eas hunc ad modum adornandas curavimus, ut praecipue fontium editores et rerum gestarum studiosi prima quasi auxilia et praecepta necessaria ad sua studia historica publicanda in eis invenire possent. Unaquaeque tabula continet:

- 1) **Numerum voluminis** singulis nuntiis destinatum.
- 2) **Integrum praenomen et nomen** nuntii saepissime in orthographia hodie a scriptoribus rerum papalium et Italicarum servata<sup>1</sup> (ab ipsis enim nuntiis sua nomina sermone Latino saepe reddebantur)<sup>2</sup>; **officium principale**, quo nuntii fungebantur eo tempore, quo litterae fidei edebantur (v.gr. dignitates cardinalis, episcopi, protonotarii apostolici); **tempus missionis in Polonia** expletæ, inde ab anno litterarum fidei editarum (quocumque etiam tempore nuntii in Polonię venerint) usque ad annum, donec ex Polonia discesserunt (post nominationem etiam successorum suorum et saepenumero post adventum eorum in Polonię, in sede sua remanebant - ut v.gr. Claudio Rangoni - porro munera eis a pontifice commissa explere pergebant).
- 3) **Principales notitias de nuntii** ortu, obitu, sepultura, officiis, quibus fungebatur ante et post missionem in Polonia expletam. Ut hactenus ea in re explorationes progressae sunt, vita omnium nuntiorum accuratius et copiosius narrari et describi non potuit. Praematurum visum est progressum nuntiaturae singulorum nuntiorum describere, cum non nisi studiis non completis vel nimium vetustis uti potuerimus, quae cum citatis in eadem tabula fontibus archivistis discrepare possunt.
- 4) **Diem nominationis** (eius primam mentionem, quae studiis hue usque peractis inveniri poterat) et **documenta principalia** nuntii (ut sunt instruc-  
tio, litterae fidei, facultates) una cum siglo ad fontem, ex quo hausta et statuta sunt, remittente.
- 5) Collocationem **finalis relationis** nuntii et, si fieri potest, etiam eius datationem (non semper dies in relationibus ascriptus est). Non omnes transcriptiones relationum (nec non instructionum) afferuntur; nec praeiudicatur de valore eius relationis, quae in tabula nominata est (fortasse id, quod separatum opus exigit, hoc explorationis statu perfici non potest).
- 6) Indices **principalium collectionum actorum et litterarum** a nuntio

---

<sup>1</sup> Imprimis in *Dizionario biografico degli Italiani* (DBI).

<sup>2</sup> Quam ob rem scribitur De' Buoi non Boviò; Davia non De Via; Lauro non Laureo, etc.

missarum vel acceptarum secundum collocationem documentorum in archivio, ubi inveniuntur, occurrentium, confectos. In eiusmodi indice distinguitur species documentorum (v.gr. archetypum, minuta, regestrum, notae occultae, documenta notis occultis scripta et iam explicata, acta), nomina abbreviata nuntii et eorum, cum quibus ipsi epistularum commercium intercedebat, nec non - si modo in volumine acta chronologice ordinata sunt - datum ultimum litterarum in supra dictis archivis occurrentium. Foliatio codicum, quibus litterae ab uno vel duobus vel pluribus nuntiis missae et acceptae continentur, afferunt a primis usque ad novissimas litteras singulorum nuntiorum, quamquam saepe propter ordinem chronologicum - eae cum decessoris vel successoris litteris permixtae sunt. Nec tunc foliatio interrupitur, cum inter litteras a nuntio missas vel ad eum allatas, aliorum quoque epistulae et documenta dispersa, quae ab ipso vel fortassis ab aliis actis eius adiuncta, inveniuntur. Simili modo in indicibus processuum informativorum a nuntiis peractorum, ut longior enumeratio foliorum vitetur - afferuntur solummodo primae et ultimae chartae, quibus acta nuntii, de quo sermo est, incipiuntur et clauduntur. Omissa est quoque foliatio manuscriptorum, in quibus litterae a nuntiis missae vel acceptae, nec non acta eorum inter similes litteras aliorum nuntiorum vel aliarum personarum dispersa, reperiuntur (praecipue in archivis Congregationis de Propaganda Fide et aliis congregationibus Romanis, ubi saepe documenta - imprimis registra litterarum a nuntio missarum, non secundum eos, qui litteras acceperunt, sed stricte ad ordinem temporis vel secundum causas ordinabantur). Ut lectores de omnibus hac in re fontium collectionibus edoceantur, etiam in his tabulis notata sunt volumina deperdita vel deleta (imprimis ex vetere illo nuntiatura tabulario, quod usque ad annum 1944 in Archivo Principali Veterum Actorum Varsaviae servabatur).

**Similiter in indicibus nulla ratio habita est documentorum, quae in codicibus numero minore quam 5-10 dispersa sunt, caetera vero ad nuntium, de quo dicitur, nihil attinent.** Plane nobis manifestum est in his actorum indicibus, perscrutationem laboriosam efflagitantibus, documenta omnino praetermissa vel minus accurate et diligenter scripta inveniri posse, nam non omnia manuscripta satis assidue et studiose inquisita sunt. Si in repertoriis, quibus certo fidem adhibere possumus (v.gr. Petri Savio), afferuntur omnia, quae prorsus postulantur, innixi sumus solum eisdem repertoriis, manuscriptis non examinatis. Ex usu et experientia illorum, qui iam pridem eiusmodi tabulas confidere temptaverunt, sequitur, ut errores et omissiones in id genus operibus vitari vix possint<sup>3</sup>.

7) Brevitatis causa, introducta sunt in tabulas **nomina abbreviata**: nun-

---

<sup>3</sup> Ita v.gr. J. Semmler in indice litterarum, a Secretariatu Status annis 1605-1623 ad nuntios Poloniae missarum, praeter alia minus accurate et diligenter scripta, omisit manuscripta in Archivo Vaticano, *Nunziatura di Polonia* 37A, 173-174 et 217-219 asservata, cfr. *Das päpstliche Staatssekretariat*, p. 18-34.

ti in "suis" tabulis et auditores eorum et internuntii pontificii sub prima litera sui nominis, archiva autem eorumque sectiones sub abbreviationibus in indice generali abbreviationum collocatis, inveniuntur. Sub SS (Secretarius, Secretariatus Status) intelligendi sunt non solum cardinalis secretarius status vel nepos, sed etiam vices eorum gerentes et secretarii; similiter abbreviatio CPF (Congregatio de Propaganda Fide) comprehendit tam cardinalem praefectum eius congregationis, quam eius membra et secretarium munere suo pro tempore fungentem.

8) Omnes **editiones** cuiusvis generis documentorum cum nuntiatura coniunctorum adducuntur, etiam si solum singulae litterae in illis exstant. Notantur etiam acta praecipua, in prima parte tabularum non nominata (ut sunt v. gr. claves notarum occultarum explanandarum) nec non summaria, excerpta et translationes. Tituli editionum, quae solum ad nuntiaturam tractatam pertinent, in extenso afferuntur, etiamsi in bibliographia propria abbreviatione praedita sint, quae etiam in aliis huius et aliarum tabularum rubricis usurpabatur (quod etiam ad studia nuntiaturis dicata attinet).

9) In rubricis separatis **administri nuntiorum** (adiutores nuncupati) nominantur. Inter quos non nisi auditores, cancellarii, secretarii, domus praepositi et maioris momenti personae (v.gr. datarii, magistri caerimoniarum et nepotes) enumerantur, quorum nomina praesertim in actis nuntiorum: gratiae et iustitiae nec non in processibus informativis ad episcopatus saepe occurunt. Cum ex hoc fonte eorum notitia hauritur, annotatione ad illum referente caret; cum autem alio ex fonte hauriuntur (v. gr. ex auditorum et cancelliorum indice particulari ab Iosepho Garampi facto)<sup>4</sup>, is fons prope eorum nomina citatur, similiter ac eorum acta, diaria et litterarum commercium, si modo asservata sunt. Omittuntur autem in indice capellani, stabuli praepositi et alii, qui in iisdem actis tantum fortuito inveniuntur. Informationen de nuntiaturae officialibus satisfacere videntur postulationi Georgii Lutz, qui nuntii familiam, quam vocant, ad studia comparativa nec non explanationem ipsius nuntiaturae magni momenti esse putat<sup>5</sup>.

10) In propriis quoque rubricis nominantur **nuntii extraordinarii** et commissarii pontificii, qui missiones suas in Polonia pariter cum nuntio, de quo tractatur, explebant (nisi eis longioris legationis apostolicae et crebrarum litterarum causa suum proprium volumen et tabula dicata sit, ut v. gr. Fabricio Paulucci); nec non **internuntii** pontificii (saeculo XX gestores negotiorum nuntiaturae nuncupati), qui vices nuntiorum post discessum unius usque ad adventum alterius gerebant. Sub singulis ipsorum nominibus litterae missae et allatae editionesque earum collocantur.

11) In **bibliographia** continentur opera principaliora et omnia, in quantum fieri potuit (indicibus catalogorum non praetermissis), quae ad ipsum

<sup>4</sup> Cfr. supra, p.90.

<sup>5</sup> Cfr. LutzGGN, p. 263.

nuntium et missionem eius in Polonia expletam pertinent. Similiter ac in editionibus, si alicui nuntiaturae iam monographia dicata est, eadem in extenso, etiamsi in bibliographia generali contineatur, in tabula affertur. Ex studiis ad quaestiones generales spectantibus solummodo allata sunt ea, in quibus missio singulorum nuntiorum enarratur vel eiusdem litterarum commercium saepius citatur.

12) In principio et fine tabulae posita sunt **indicia**, quae "locum" uniuscuiusque legati vel nuntii inter maioris momenti personas (cum quibus ei ratione muneris, quo fungebatur, erat frequentior conversatio), faciliorem redditura sunt. Praenomina et nomina gentilicia pontificum hoc tempore regnantium, eorum secretariorum status, nec non cardinalium protectorum et regum (saeculo XX praesidum) Poloniae, allata sunt in titulis sine datis, si per totum temporis spatium, quo munere suo fungebantur, regnavissent; cum datis autem electionis, nominationis, mortis vel magistratus renuntiationis, si eiusmodi casus missione nuntiorum durante evenissent. Hac in re innixi sumus synchronis indicibus dominantium (Hadriani Cappelli ad papatum<sup>6</sup> et Bronislai Włodarski ad Poloniam quod attinet<sup>7</sup>), cardinalium secretariorum status (H. Biaudet, L. Kartunnen et A. De Marchi<sup>8</sup>) nec non cardinalium protectorum singularum nationum (J. Wodka, cuius opus in parte Polona<sup>9</sup> propriis inquisitionibus auctoris huius studii expletum est). Indices, alias quidem utiles, cum nuntiorum, qui eodem cum nostris nuntiis tempore in aliis regionibus missiones suas expleverunt, tum oratorum ab aliis regnabibus ad curiam regiam Polonam missorum, ampliore spatio opus haberent. Quam ob rem ad eorum synchronos indices a Biaudet, Kartunnen et De Marchi (nuntii pontificii) nec non a membris Tabularii Publici Austriaci confectos (legati dominantium), lectores remittuntur<sup>10</sup>. Ad calcem uniuscuiusque tabulae inveniuntur tituli editionum litterarum commercii nuntiorum, qui nuntio in Polonia munere suo fungente, in aliis quoque Europae statibus operati sunt. Notitia haec non modo informationem praebere intendit de publicationibus aliarum nuntiaturarum iam editis, sed etiam faciliora vult reddere earum studia comparativa.

Auctor gratias singulares agit Adalberto Biliński, Thaddaeo Fitych, Ioanni Kopiec, Adalberto Tygielski et Stanislaw Wilk, qui auxilio fuerunt in tabulis componendis eorum nuntiorum, quorum actis edendis ipsi dant operam.

*(Latine vertit Christophorus Pawłowski)*

<sup>6</sup> A. Cappelli, *Cronologia, cronografia e calendario perpetuo, dal principio dell'era cristiana ai nostri giorni. Tavole cronologico-sincrone e quadri sinottici per verificare le date storiche*, 5 ed., Milano 1983.

<sup>7</sup> B. Włodarski, *Chronologia polska*, Warszawa 1957.

<sup>8</sup> Ad synchronos catalogos nuntiorum pontificiorum, vide bibliographiam.

<sup>9</sup> Cfr. bibliographiam.

<sup>10</sup> *Repertorium der diplomatischen Vertreter...*, vide bibliographiam.

pontifex                    a secretis                    protector R.P.                    rex Poloniae  
 LEO X DE MEDICIS    IULIUS DE MEDICIS    ACHILLES DE GRASSIS    SIGISMUNDUS I  
 IAGELLONIDES

---

## TOMUS II (1)

### **ZACHARIAS FERRERI, epus Gardiensis (1519-1521)**

Natus 1479 Vincentiae in Italia Superiore; theologiae et iuris utriusque universitatis studiorum Romanae doctor; ordinis S. Benedicti, dein Carthusianorum professus; monasterii Montis Subasii OSB abbas commendatarius; schismatis Pisani anni 1511 fautor, 1513 cum pontifice Romano Leone X reconciliatus; 12 VI 1518 epus tit. Sebastensis et in terra Nursiae commissarius pontificius; 5 IX 1519 epus Gardiensis (Guardalfiera in regno Neapolitano); 1522-1524 gubernator Faventiae; poeta, auctor hymnorum ecclesiasticorum et aliquot tractatuum de Ecclesiae reformatione; homo inquietus. Obiit Romae ante 19 IX 1524, nescitur ubi sepultus est.

**Nominatus:** 12 IX 1519 (AV, Arm. 39 ms. 37 f. 69v).

**Instructio:** 1 XI 1519 (Kraków, BJ 6548 p. 693-698).

**Credentiales:** 16 IX 1519 (AV, Arm. 40 ms. 4 f. 125r).

**Facultates:** pro Lithuania et Moscova: 1 XI 1519 (AV, Reg.Vat. 1200 f. 283v-290v); extensio pro Polonia: 7 VII 1520 (AV, Reg.Vat. 1201 f. 390r-v).

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Thoruniam):** 18 II 1520 (AT V 251).

**Discessit (Cracovia):** initio Iulii 1521 (Pociecha KB II 519).

#### **COLLECTIONES PRINCIPALES:**

Berlin, GStAPK, XX, OBA 23217-24694 passim.

Kraków, BJ 6548 p. 575-715 passim.

Caetera disparata.

**Editiones:** *Vita Beati Casimiri confessoris ex Serenissimis Poloniae regibus...a Rev.mo Patre Domino Zacharia Ferrerio...ex fide dignorum testium depositione scripta [sine loco et data]; Oratio Legati Apostolici, Rev.mi Patris Zachariae Ferrerii Vicentini, Pontificis Gardiensis, habita Thorunii in Prussia ad Ser.sum Regem Poloniae Sigismundum de eliminandis e Regno Poloniae erroneis et contagiosis traditionibus Fratris Martini Luteri.. Apud Joannem Haller in Regia Urbe Cracovia, III Kal. Julias, Anno a salutifero Partu 1521; Raynaldus XII 266-267; AT IV 401-402, V 187-197; Fijalek, Mahnschreiben (ut infra) 377-380.*

---

**SOCII: IOANNES DE TEDALDIS,** Florentinus, Leonis X consanguineus; no-

minatus 2 XI 1519 (Kraków, BJ 6548 p. 692-693), discessit circa 24 IX 1520 (AGAD, LL 5 f. 134r).

**ANTONIUS DE BREVES** de Sabaudia, aggregatus Ferrerio verisimiliter mense Aprili 1520, discessit Thorunia 4 VII 1520 (BJ 6548 p. 785).

**Bibliogr.:** Garampi SL 58av, 59ar; B. Morsolin, *Zaccaria Ferreri. Episodio biografico del secolo decimosesto*, Vicenza 1877; idem, *L'Abate di Monte Subasio e il Concilio di Pisa (1511-1512)*, Venezia 1893; idem, *Un latinista del Cinquecento, imitatore di Dante*, "Atti del R. Istituto Veneto di Scienze, Lettere ed Arti, Serie 7, T. 5 (1893-1894) 1428-1446; Wierzbowski SL 58; J. Fijałek, *Mahnschreiben des päpstlichen Legaten in Polen Zacharias Ferreri an Martin Luther, 20 Mai 1520*, HJ 15 (1894) 374-380; Pastor SP IV/1 p. 418-420; A. Ferrajoli, *Il Ruolo della Corte di Leone X. Prelati domestici. XXV. Zaccaria Ferreri abate di S. Amabile*, ASRSP 41 (1918) 91-104; Gulik-Eubel HC III 206, 295; R. Aubert, DHGE XVI 1252-1255; H.D. Wojtyska, *Początki kultu i procesy kanonizacyjne św. Kazimierza*, "Analecta Cracoviensia" 16 (1984) 187-231.

**Ed. contemporaneorum:** P. Kalkoff, *Die Depeschen des Nuntius Aleandro vom Wormser Reichstag 1521*, Braunsberg 1897; G. Rucellai, *Lettere della Nunziatura di Francia (1520-1521)*, a cura di G. Falaschi, Roma 1983.

*pontifex* HADRIANUS VI *a secretis* THEODORICUS VAN HEEZE *protector R.P.* ACHILLES DE GRASSIS *rex Poloniae* SIGISMUNDUS I  
FLORENSZ IAGELLONIDES

---

## TOMUS II (2)

### THOMAS CRNIĆ (NIGER), epus Scardonensis (1522-1523)

Dalmata, natus Spalati (Split) c.a. 1450; 1487-1493 professor grammatices Phari (Hvar) et Spalati; 1499 canonicus et archipresbyter Spalatensis; secretarius aepi Spalatensis B. Zanni, cum quo 1512 Concilio Lateranensi interfuit; a 1514 secretarius "bani" Croatiae Petri Berislavić; totus defendendae Croatiae adversus Turcas deditus, multas propterea legationes Venetiis, Romae, in Hispania, Germania, Flandria et Hungaria explevit; 1519 protonotarius apostolicus; 11 I 1520 epus Scardonensis (Skradin in Dalmatia), translatus 2 IX 1524 ad dioec. Traguriensem (Trogir); poeta et scriptor. Obiit post 24 VI 1532; sepultus Spalati in ecclesia "ad Paludem".

**Designatus:** paulo post 9 I 1522 (AT VI 222).

**Instructio:** prima deest, altera 24 I 1523 (Kórnik, BPAN 228 p. 96-101).

**Credentiales:** non inveniuntur.

**Facultates:** non habuit.

**Relatio finalis:** verbalis (AT VI 348).

**Venit (Cracoviam):** 20 XII 1522 (Pociecha KB II 115).

**Discessit (Cracovia):** medio a. 1523 (Wojtyska ut infra).

#### COLLECTIONES PRINCIPALES:

Fontes dispersi.

**Editiones:** AT VI 221-223; J. Wiesiółowski, *Z kórnickiego kodeksu Corpus Cricianum. Przyczynki do dziejów poezji polsko-łacińskiej*, "Pamiętnik Biblioteki Kórnickiej", 15 (1979) 249-251.

**Bibliogr.:** D. Farlati SI, *Illyricum Sacrum*, T. 4, Venetiis 1769 p. 26-27; Garampi SL 58ar, 58br-cr; Fabisz 112-113; Wierzbowski SL 58; Gulik-Eubel HC III 294, 316; L. Kolankowski, *Sprawy polskie przed Stolicą Apostolską w okresie rewolucji religijnej w Niemczech*, KH 22 (1908) 332-341; G. Praga, *Tomaso Negri da Spalato, umanista e uomo politico del sec. XVI*, "Archivio Storico per la Dalmazia", 15 (1933) 159-184; H. D. Wojtyska, *Toma Crnić jedyny Słowianin-nuncjusz w Polsce, 1522-1523*, "Zeszyty Naukowe Uniwersytetu Jagiellońskiego", 886 (1989), Prace Historyczne, Z. 89, p. 139-148.

**Ed. contemporaneorum:** *Deutsche Reichstagsakten unter Kaiser Karl V.*, Bd 3., Gotha 1901 (nuntius F. Chieregati).

*pontifex*  
CLEMENS VII  
DE MEDICIS

*a secretis*  
MATTHAEUS GIBERTI  
IACOBUS SADOLETO

*protector R.P.*  
LAURENTIUS PUCCI

*rex Poloniae*  
SIGISMUNDUS I  
IAGELLONIDES

---

## TOMUS II (3)

**IOANNES ANTONIUS PULLEONI, baro Burgi (1524-1526)**

Siculus; in servitio regum Hispaniae, dein Hadriani VI papae; 1523 socius legationis Hungaricae card. Caietani; 26 X 1526 commissarius defensionis Romae adversus gentem Columnnarum; 1533 nuntius et collector denarii S. Petri in regno Angliae et 1536 in Sicilia.

**Designatus:** 20 II 1524 (AV, Arm. 39 ms. 44 f. 263r).

Iterum: 21 VII 1526 (AV, Arm. 40 ms. 12 f. 33r-v).

**Instructio:** non invenitur.

**Credentiales:** 20 II 1524 (AV, Arm. 39 ms. 44 f. 263r-v).

**Facultates:** non habuit.

**Relatio finalis:** non invenitur.

**Residebat:** Budae.

**Revocatus:** 27 VII 1526 (AV, Arm. 40 ms. 12 f. 36r).

**COLLECTIONES PRINCIPALES:**

AV, Nunz. Germania 55 ff. 368 (or. P ad SS: 1524-1527).

Alii fontes dispersi.

**Editiones:** *Andreae Cricii, Episcopi Premisiensis, ad Joannem Antonium Pulleonem, Baronem Burgii, nuntium apostolicum in Hungaria, de negotio Prutenico epistula, Cracoviae per Hieronymum Vietorem, Anno Domini 1525; Theiner VMPL II 414-415; AT VI 314, VII 7-8, VIII 223; Relationes oratorum pontificiorum 1524-1526*, ed. V. Fraknói, Budapest 1884 (Monumenta Vaticana historiam Regni Hungariae illustrantia, Series II, T. 1) passim.

---

**NUNTIUS EXTRAORDINARIUS:** **GUNDISALVUS DE SANGRO**, ad deferendos regi Sigismundo I pileum et ensem a Clemente VII missus; nominatus 27 III 1525 (BV, Vat.Lat. 12308 f. 122r); munus obivit Cracoviae 25 V 1525 (Warszawa, AGAD, Sucha 22/32 p. 45-46). Cfr. Pociecha KB II 512.

---

**Bibliogr.:** Garampi SL 59bv; Wierzbowski SL 58; Moroni LXV 234; V. Fraknói, *Le baron Burgio, nonce de Clément VII en Hongrie*, Florence 1886; Pastor SP IV/2 p. 221, 411-415; J. Pajewski, *Stosunki polsko-węgierskie i niebezpieczeństwo tureckie w latach 1516-1526*, Warszawa 1930 passim; Pociecha KB II 117-594 passim.

**Ed. contemporaneorum:** Fraknói ROP (Hungaria et Imperium); *Nonciatures de France. Nonciatures de Clément VII (1525-1527)*, Ed. J. Fraikin, Paris 1906; Gaeta ORPV 200-226 (Venetia); Villani OCNN 337-343 (Neapolis).

*pontifex*  
CLEMENS VII  
DE MEDICIS

*a secretis*  
IACOBUS SADOLETO  
MATTHAEUS GIBERTI

*protector R.P.*  
LAURENTIUS PUCCI

*rex Poloniae*  
SIGISMUNDUS I  
IAGELLONIDES

---

## TOMUS II (4)

### NICOLAUS FABRI, laicus (1525-1526)

Foroiuliensis; nescitur quam ob causam e dominio Veneto bannitus sit a duce Iacobo Badoer; restitutus 11 III 1525 (Clemente VII postulante?); post peractam in Polonia legationem, in documentis amplius non occurrit.

**Designatus:** ante 14 XI 1525 (AV, Arm. 40 ms. 10 f. 361r).

**Instructio:** non invenitur.

**Credentiales:** 14 XI 1525 (AV, Arm. 40 ms. 10 f. 361r).

**Facultates:** non obtinuit.

**Relatio finalis:** s.d. (AV, AA I-XVIII 6522 f. 16r-17r).

**Venit (Cracoviam):** 29 XII 1525 (AV, AA I-XVIII 6522 f. 12r).

**Discessit (Cracovia):** 6 II 1526 (AV, AA I-XVIII 6522 f. 18r).

#### COLLECTIONES PRINCIPALES:

AV, AA I-XVIII 6522 f. 12r-28r (or. F ad SS: 30 XI 1525 - 16 III 1526).

Alii fontes dispersi.

**Editiones:** Theiner VMPL II 437-438; AT VI 18.

**Bibliogr.:** Garampi SL 59bv; Wierzbowski SL 58; M. Sanuto, *Diari*, T. 38, Venezia 1893 p. 179; Pociecha KB II 404-407, 594-595.

**Ed. contemporaneorum:** ut in Tab. II/3.

*pontifex* CLEMENS VII DE MEDICIS *a secretis* IACOBUS SADOLETO *protector R.P.* LAURENTIUS PUCCI *rex Poloniae* SIGISMUNDUS I IAGELLONIDES

## TOMUS II (5)

## IOANNES FRANCISCUS CITO OFM, epus Scarensis (1525-1527)

Natus Potentiae, inde etiam "de Potentia" vocatus; Ordinis Fratrum Minorum de Observantia professus; 1514 et 1515 bis a Leone X legationem ad patriarcham Maronitarum Libani explevit ad unionem illius Ecclesiae cum Romana promovendam; 1518-1523 procurator generalis sui ordinis apud Curiam Romanam; 15 V 1523 epus Scarense (in regno Suetiae, ultimus epus catholicus huius dioecesis) 13 I 1527 aepus Nazarethanus et gubernator Asculi Piceni. Occisus Asculi 24 VI 1528.

**Designatus** (ad m. ducem Moscoviae): 13 X 1525 (Gulik-Eubel HC III 294).

### **Instructio: non invenitur.**

**Credentiales:** 18 XI 1525 (AV, Arm. 44 ms. 9 f. 352r-355r).

**Facultates: non inveniuntur.**

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (in Niepołomice):** 9 II 1526 (Pociecha KB II 122).

**Discessit (Cracovia):** 1 IV 1527 (Pociecha KB II 330).

## **COLLECTIONES PRINCIPALES:**

AV, AA I-XVIII 6522 f. 73r-81r (or. C ad SS: 15 II - 11 IV 1526).  
Alii fontes dispersi.

**Editiones:** Theiner VMPL II 439-444; AT VIII 46-48, IX 14-16, 133-134;  
*Monumenta Saeculi XVI*, ed. M. Balan, Oeniponte 1885 p. 356-359.

**Bibliogr.:** Garampi SL 60ar; Wierzbowski SL 58; Pierling RSS I 296-311; Pastor SP IV/1p. 571-572; Ch. J. Hefele - H. Leclercq, *Histoire des conciles*, T. 8/1, Paris 1917 p. 509-512; L. Wadding, *Annales Minorum*, T. XV-XVI, Quaracchi 1933 passim; Gulik-Eubel HC III 254, 294; Pociecha KB II 122, 127, 206-207, 330.

**Ed. contemporaneorum: Nonciatures de France** (ut in Tab. II/3).

*pontifex*  
PAULUS III FARNESE

*a secretis*  
AMBROSIO RECALCATO

*protector R.P.*  
ANTONIUS PUCCI

*rex Poloniae*  
SIGISMUNDUS I  
IAGELLONIDES

---

## TOMUS II (6)

### PAMPHILUS STRASSOLDO, protonotarius apostolicus (1536)

Clericus dioec. Aquileiensis; camerarius secretus Pauli III pont.; 9 IX 1536 protonotarius apostolicus; 3 III 1537 gubernator Urbis Veteris (Orvieto); 3 XII 1537 gubernator Fani; 14 III 1539 vicelegatus Viterpii; 1 XII 1541 gubernator Campaniae et Maritima; 30 I 1544 epus Ragusinus (Dubrovnik in Dalmatia); mense Aprili 1545 gubernator Urbis. Obiit Romae initio Iulii 1545.

**Designatus:** 21 VII 1536 (CT IV 27).

**Instructio:** 10 IX 1536 (CT IV 38-40).

**Credentiales:** 10 IX 1536 (AV, Arm. 41 ms. 3 f. 89r-92r).

**Facultates:** non habuit.

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Cracoviam):** 9 XI 1536 (Meysztowicz-Wyhowska DPAP I 5).

**Discessit (Cracovia):** ca 20 XII 1536 (Warszawa, BN, BOZ 21 f. 46r).

#### COLLECTIONES PRINCIPALES:

BV, Vat.Lat. 3915 f. 56r-66v, 138r-142v (instructio et alia scripta).  
Alii fontes dispersi.

**Editiones:** S.Ciampi, *Notizie dei secoli XV e XVI nell'Italia, Polonia e Russia*, Firenze 1833 p. 61-63 (instructio); CT IV 37-40, 50-52; Meysztowicz-Wyhowska DPAP I 4-6 (EFE XXII).

**Bibliogr.:** Garampi SL 60av; Wierzbowski SL 58; Gulik-Eubel HC III 281; Pociecha KB II 72, 492, IV 281; P. Paschini, *Un nobile Friulano ai servigi di Paolo III: Panfilo Strassoldo*, "Memorie Storiche Forgiuliesi", 23 (1927) 109-114; Jedin GKT I 255.

**Ed. contemporaneorum:** CT IV 28-37, 42-68 (Petrus van der Vorst in Germania); NBD I/2: *Nuntiatur des Morone 1536-1539*, bearb. von W. Friedensburg, Gotha 1892; NI: *Nunziature di Venezia*, T. 2: (9 gennaio 1536 - 9 giugno 1542), a cura di F. Gaeta, Roma 1960; ANG 1: *Correspondance des nonces en France Carpi et Ferrerio, 1535-1540, et légations de Carpi et de Farnèse*, ed. par J. Lestocquoy, Rome-Paris 1961; *La nunziatura di Francia di Rodolfo Pio, 1535-1537*, a cura di P. G. Baroni, Bologna 1962; *La correspondance des premiers nonces permanents au Portugal, 1532-1553*, T. 2, Ed. Ch.-M. de Witte, Lisboa 1980.

pontifex                    a secretis                    protector R.P.                    rex Poloniae  
 PAULUS III FARNESE    AMBROSIUS RECALCATO    ANTONIUS PUCCI    SIGISMUNDUS I  
 IAGELLONIDES

---

## TOMUS II (7)

**HIERONYMUS RORARIO, protonotarius, laicus (1539-1540)**

Natus 1485 in Portu Naonis (Pordenone) in dominio Venetorum; iuris utr. doctor Patavinus; a 1508 in servitio imperatoris Maximiliani I; 1518 protonotarius apostolicus; 1523-1527 nuntius apud regem Romanorum Ferdinandum, 1528 in regno Neapolitano et 1535 apud Ioannem Zapolya, regem Hungariae; missione in Polonia a. 1539 functus est iunctim cum legatione ad regem Romanorum Ferdinandum et Ioannem Zapolya, regem Hungariae. Post 1542 servitio Sedis Apostolicae renuntiavit. Obiit in Portu Naonis 21 XII 1556 ibique sepultus.

**Designatus:** ante 29 VI 1539 (AV, Arm. 41 ms. 13 f. 421r).

**Instructio:** 29 VI 1539 (AV, Arm. 41 ms. 13 f. 541r-v).

**Credentiales:** 29 VI 1539 (AV, Arm. 41 ms. 13 f. 542r).

**Facultates:** non habuit.

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Cracoviam):** 14 I 1540 (Warszawa, AGAD, ASK I, Rachunki poselstw 1 f. 28r).

**Discessit (Cracovia):** paulo post 5 IV 1540 (ibidem).

**COLLECTIONES PRINCIPALES:**

Napoli, AS, olim Carte Farnesiane 729, 740 (deperdita).  
Alii fontes sparsi.

**Editiones:** Theiner VMPL II 530-533: Meysztowicz-Wyhowska DPAP I 7-8.

**Bibliogr.:** Garampi SL 60br; Wierzbowski SL 58; P. Paschini, *Un Pordeno-nese, nunzio papale nel sec. XVI, Gerolamo Rorario, "Memorie Storiche Forgiuliesi"*, 30 (1934) 169-216.

**Ed. contemporaneorum:** NBD [ed. Goerres Gesellschaft] 1: *Nuntiaturberichte Giovanni Morones vom deutschen Königshof, 1539, 1540*, bearb. von F. Dittrich, Freiburg im Br. 1892; NBD I/4: *Legation Aleanders, 1538-1539*, bearb. von W. Friedensburg, Gotha 1893; NBD I/5: *Nuntiaturen Morones und Poggios, Legationen Farneses und Cervinis, 1539-1540*, bearb. von L. Cardauns, Berlin 1909; NI: *Nunziature di Venezia* 2 (ut in Tab. II 6); ANG 1 (ut in II 6); *La correspondance des premiers nonces permanents au Portugal* (ut in II 6).

pontifex                            a secretis                            protector R.P.                            rex Poloniae  
 PAULUS III FARNESE    AMBROSIUS RECALCATO    ANTONIUS PUCCI    SIGISMUNDUS I  
 IAGELLONIDES

---

## TOMUS II (8)

### **OTTO TRUCHSESS A WALDBURG, cubicularius secretus (1542)**

Natus 25 II 1514 in castello Scheer prope Sigmaringen; studuit litteris, iuri et theologiae Tubingae, Patavii, Parisiis et Bononiae; 1540 camerarius secretus Pauli III pontificis; 1541 imperatoris Caroli V a consiliis; 1 VI 1543 epus Augustanus; 19 XII 1544 SRE cardinalis; 1549 academiam et seminarium clericorum Dillingae fundavit; pastoralis officii zelo insignis. Obiit Romae 2 IV 1573, sepultus in ecclesia S. Mariae de Anima.

**Designatus:** ante 29 VII 1542 (Jedin GKT I 370).

**Instructio:** non invenitur.

**Credentiales:** 29 VII 1542 (CT IV 234).

**Facultates:** non habuit.

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Cracoviam):** 12 X 1542 (Wierzbowski U II 4).

**Discessit (Cracovia):** 8 XI 1542 (Wierzbowski U II 11).

#### COLLECTIONES PRINCIPALES:

Napoli, AS, olim Carte Farnesiane 753 (deperditum).

Alii fontes dispersi.

**Editiones:** Wierzbowski U II 4-11; CT IV 259-261; Meysztowicz-Wyhowska DPAP I 14-15.

**Bibliogr.:** Garampi SL 60bv; Wierzbowski SL 58; Gulik-Eubel HC III 29, 123; B. Schwarz, *Kardinal Otto Truchsess von Waldburg*, Hildesheim 1923; Jedin GKT I 370.

**Ed. contemporaneorum:** CT IV 226-259; NBD I/7: *Berichte vom Regensburger und Speierer Reichstag 1541, 1542. Nuntiaturen Verallos und Poggios. Sendungen Farneses und Sfondratos, 1541-1544*, bearb. von L. Cardauns, Berlin 1912; ANG 3: *Correspondance des nonces en France Capodiferro, Dandino et Guidicicione, 1541-1546. Légations des cardinaux Farnèse et Sadolet et missions d'Ardinghella, de Grimani et de Hieronimo da Carreggio*, Ed. J. Lestocquoy, Rome-Paris 1963; *La correspondance (Lusitania, ut in Tab. II 6)*.

*pontifex*  
PAULUS III  
FARNESE

*a secretis*  
ALEXANDER FARNESE

*protector R.P.*  
ALEXANDER FARNESE

*rex Poloniae*  
SIGISMUNDUS  
AUGUSTUS

---

## TOMUS II (9)

**HIERONYMUS MARTINENGO, abbas Lenensis (1548)**

Natus 19 IX 1504 Brixiae; filius comitis Caesaris II de Martinengo; iuribus et theologiae in universitate Patavina studuit; a 1529 abbas commendatarius monasterii OSB in Leno; ab a. 1540 in Curia Romana; 30 X 1541 sacerdotio auctus; Pauli III pontificis camerarius secretus; 1550-1554 nuntius apud imperatorem; a 3 VIII 1554 praeses Camerae Apostolicae; 1561 nuntius designatus ad reginam Angliae. Obiit Romae 10 XI 1569, sepultus in ecclesia S. Apollinaris.

**Designatus:** ante 25 II 1548 (Firenze, AS, Carte Cerviniane 43 n. 10).

**Instructio:** 15 VII 1548 (AV, Misc.Arm. 2, ms. 93 f. 450r-453r).

**Credentiales:** 21 VI 1548 (AV, Arm. 41 ms. 42 f. 257r-262r).

**Facultates:** non obtinuit.

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Cracoviam):** 23 VIII 1548 (Firenze, AS, Carte Cerviniane 43 n. 155).

**Discessit (Cracovia):** 23 IX 1548 (Wojtyska PP 59).

**COLLECTIONES PRINCIPALES:**

Firenze, AS, Carte Cerviniane 43 (or. M ad M.Cervini: 25 II - 27 X 1548).  
Kraków, BPAN 8497 (copiae XIX et XX saec.: 1548).

**Editiones:** Ciampi BC II 29-31; Theiner VMPL II 563-565; Rykaczewski I 1-3; CT XI 471-472; A. Marani, *Instruzioni all'abate Gerolamo Martinengo nunzio in Polonia*, in: *Commentari dell'Ateneo di Brescia. Per il 1963*, Brescia 1965 p. 230-232.

**Bibliogr.:** Garampi SL 61ar; Wierzbowski SL 59; Wierzbowski JU 220-221; P. Guerini, *Una celebre famiglia lombarda. I conti di Martinengo*, Brescia 1930; H. Goetz NBD I/16 (ut in Tab. II/10) p. VII-XIX; Wojtyska PP 54-60 et passim; idem, *Girolamo Martinengo, un Bresciano nunzio apostolico in Polonia (1548)*, sub prelo.

**Ed. contemporaneorum:** NBD I/11: *Nuntiatur des Bischofs Pietro Bertano von Fano 1548-1549*, bearb. von W. Friedensburg, Berlin 1910; ANG 6: *Correspondance des nonces en France Dandino, della Torre et Trivultio (1546-1551) avec des documents relatifs à la rupture des relations diplomatiques 1551-1552*, ed. J. Lestocquoy, Rome-Paris 1966; *La correspondance (Lusitania, ut in Tab. II 6)*.

*pontifex*  
IULIUS III  
DEL MONTE

*a secretis*  
INNOCENTIUS DEL MONTE

*protector R.P.*  
ALEXANDER FARNESE

*rex Poloniae*  
SIGISMUNDUS  
AUGUSTUS

---

## TOMUS II (10)

### MARCUS ANTONIUS MAFFEI, protonotarius apostolicus (1553)

Natus Romae 29 XI 1521; utriusque iuri ediscendo studuit verisimiliter in Romana studiorum universitate; 1548 Consistorii et "fisci Populi Romani" necnon "Regni Poloniae advocatus"; 1553-1566 referendarius Utriusque Signaturae et protonotarius apostolicus; 14 VII 1553 aepus Teatinus; 1555 vicelegatus Campaniae Romanae; 1560-1566 vicesgerens Vicariatus Urbis; 1566-1570 datarius Pii V pontificis; 17 V 1570 SRE cardinalis. Obiit Romae 22 VIII 1583, sepultus in ecclesia S. Mariae supra Minervam.

**Designatus:** 22 V 1553 (AV, Arm. 41 ms. 68 f. 198r)

**Instructio:** non habuit.

**Credentiales:** 27 V 1555 (AV, Arm. 41 ms. 68 f. 244r-250r)

**Facultates:** non obtinuit.

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Cracoviam):** 30 VI 1553 (Wojtyska PP 63)

**Discessit (Cracovia):** paulo post 11 VIII 1553 (Wojtyska PP 64)

#### COLLECTIONES PRINCIPALES:

AV, Lett. di Principi 19 f. 135r-137v (or. M ad SS: 17 VI - 3 VII 1553).  
Alii fontes sparsi.

**Editiones:** desiderantur.

**Bibliogr.:** Garampi SL 61br; Wierzbowski SL 59; Gulik-Eubel HC III 43, 311;  
Katterbach 111; N. Del Re, *Il vicegerente del Vicariato di Roma*, Roma 1976,  
p.42; Wojtyska PP 60-64 et passim.

**Ed. contemporaneorum:** NBD I/16: *Nuntiatur des Girolamo Martinengo (1550-1554)*, bearb. von H. Goetz, Tübingen 1965; NI: *Nunziature di Venezia*, T. 6 (2 gennaio 1552 - 14 luglio 1554), ed. F. Gaeta, Roma 1967; ANG 9: *Correspondance du nonce en France Prospero Santa Croce (1550-1554)*, introduction F. Giannetto, ed. J. Lestocquoy, Rome-Paris 1972.

<i>pontifex</i> PAULUS IV CARAFA (el. 23 V 1555)	<i>a secretis</i> CAROLUS CARAFA (a 23 V 1555)	<i>protector R.P.</i> ALEXANDER FARNESE	<i>rex Poloniae</i> SIGISMUNDUS AUGUSTUS
--	--	--	--

---

## TOMUS III (1)

**ALOISIUS LIPPOMANO, epus Veronensis (1555-1557)**

Natus Venetiis a. 1496; filius naturalis Bartholomaei Lippomano, patricii Reipublicae Venetae; theologiam discebat in universitate studiorum Patavina; 1529 protonotarius apostolicus; 7 II 1539 epus tit. Motonensis et coadiutor epi Bergomensis; 1542 nuntius extraordinarius in Lusitania; 9 VIII 1548 epus Veronensis; 1548-1550 nuntius ordinarius apud imperatorem; 1551-1552 legatus pontificius in Concilio Tridentino; 20 VII 1558 epus Bergomensis; 1558-1559 "primus secretarius" Pauli IV; auctor tractatum hagiographicorum et theologicorum aduersus Lutherum. Obiit Romae 15 VIII 1559, sepultus in ecclesia S. Catharinae "della Rota".

**Designatus:** 13 I 1555 (AV, Arm. 44, ms. 4 f. 22r-v).

**Confirmatus:** 23 VI 1555 (Raynaldus XIV 572).

**Instructio:** circa 18 VII 1555 (Simancas, AG, Estado-Berzosa 2008 f. 150r-151r).

**Credentiales:** 14 VIII 1555 (AV, Arm. 44 ms. 4 f. 115r-124r).

**Facultates:** 6 VI 1556 (AV, Arm. 42 ms. 7 f. 325r-330r).

**Relatio finalis:** mense Iunio 1557 (BV, Chigi R.I.26 f. 6v-10r).

**Venit (Varsaviam):** 8 X 1555 (Simancas, AG, Estado-Berzosa 2008 f. 151v).

**Discessit (Varsavia):** 15 I 1557 (Simancas, AG, Estado-Berzosa 2008 f. 211r).

**COLLECTIONES PRINCIPALES:**

AV, AA I-XVIII 4351-4352 5226, 6543-6544 (or. er scripta L: 1556).  
" F.Borghese I 163-169 f. 56r-86v (cop. div. ad L et vice versa: 1 XII 1555-20 VIII 1556).

BV, Barb.Lat. 5715 f. 7r-33v (or. L ad SS: 6 IX 1555 - 18 V 1557).  
" " 5805 f. 30r-103r passim (or. et avvisi L ad SS: 11 VIII 1555 - 20 VII 1556).  
" " 6507 f. 9r-18r (cop. div. ad L et vice versa: 26 VIII 1555 - 2 III 1556).

Simancas, AG, Estado-Berzosa 2008 f. 145r-252v (cop. SS ad L et vice versa: 5 VII 1555 - 6 III 1557).  
Milano, BA, D 175 inf., ff. 188 (cop. scripta ad nuntiaturam L pertinentia).  
Kraków, BPAN 8497-8498 (cop. XIX et XX saec.: 1555-1557).

**Editiones:** *Duae epistolae, altera Aloisii Lippomani Veneti, episcopi Veronae, Romani Pontificis in Polonia Legati, ad Ill.mum Principem D. Nicolaum Radzivilium, Palatinum Vilnensem, altera vero eiusdem Ill.mi D. Radzivilii*

*ad Episcopum et Legatum illum*, Regiomonti 1556; Cyprianus 63-74 passim; Theiner VMPL II 575, 580-582, 588, 590-592; Rykaczewski I 3-68; Hippler-Zakrzewski HE II 637-907 passim; Ehrenberg UA 68; Smurlo RI, II/2 p. 599-601 (fragmenta); *Orichoviana. Opera inedita et epistulae Stanislai Orzechowskiego, 1543-1566*, ed. J. Korzeniowski, Cracoviae 1891 p. 425-427; Meysztowicz-Wyhowska DPAP I 49-50 (EFE XXII); Goetz, *Zur Nunziatur* (ut infra) 346-348.

**ADIUTORES:**

Auditor: Iacobus Liurerio (Wojtyska PP 197).  
 Theologus: Alfonsus Salmeron SJ (MHSJ, *Epistolae P. Alphonsi Salmeronis*, T. 1, Matriki 1906 p. 130-138).  
 Cancellarius: Franciscus Varugola (Wojtyska PP 199).

**Bibliogr:** Garampi SL 61bv-62bv; Fabisz 129-134, 361-363; Bartoszewicz EPO XVII 108-110; Wierzbowski SL 59; Wierzbowski JU 108-293 passim; Biaudet NAP 112; Cz. Frankiewicz, *Ze studiów nad soborem narodowym w Polsce. Nuncjusz apostolski Ludwik Alojzy Lippomano w Polsce*, Rzeszów 1914; Pastor SP VI 524-529; Gulik-Eubel HC III 251, 331; Goetz NBD I/17 (ut infra) p. XXIII-XLI; Wojtyska PP 65-104 et passim; H. Goetz, *Zur Nunziatur Luigi Lippomanos in Polen (1555-1557)*, in: *Miscellanea in onore di Mons. Martino Giusti*, T. 1, Città del Vaticano 1978 p. 331-348; L. Tacchella, *Paolo IV e la nunziatura in Polonia di Luigi Lippomano, vescovo di Verona (1555-1557)*, in: *Dalla Chiesa Antica alla Chiesa Moderna. Miscellanea per il Cinquantesimo della Facoltà di Storia Ecclesiastica della Pontificia Università Gregoriana*, a cura di M. Fois SJ, V. Monachino SJ, F. Litva SJ, Roma 1983 (Miscellanea Historiae Pontificiae, T. 50) p. 231-260.

**Ed. contemporaneorum:** *Nonciatures de France. Nonciatures de Paul IV (avec la dernière année de Jules III et Marcel II)*, publiées par R. Ancel, T. 1: *Nonciatures de Sebastiano Gualterio et de Cesare Brancaccio (mai 1554 - juillet 1557)*, Paris 1909; NBD I/17; *Nunziatur Delfinos, Legation Morones, Sendung Lippomanos (1554-1556)*. bearb. von H. Goetz, Tübingen 1970.

*pontifex*  
PAULUS IV  
CARAFA

*a secretis*  
CAROLUS CARAFA

*protector R.P.*  
ALEXANDER FARNESE

*rex Poloniae*  
SIGISMUNDUS  
AUGUSTUS

## TOMUS III (2)

**CAMILLUS MENTOVATO, epus Satrianensis (1558-1559)**

Natus 23 VII 1491 Placentiae; dr utr. iuris Bononiensis; 1542 procurator fisci Cameræ Apostolicae; 14 XI 1544 epus Satrianensis et Campaniae in Italia Inferiore et gubernator Bononiae; 1548-1553 vicelegatus Avenionensis; 1554-1558 vicelegatus Marchiae Anconitanae. Obiit 17 VIII 1559 Cracoviae ibique sepultus in ecclesia S. Francisci.

**Designatus:** initio Iunii 1558 (Wojtyska PP 107).

**Instructio:** 8 VIII 1558 (AV, Misc.Arm. II 92 f. 13r-14r).

**Credentiales:** 8 VIII 1558 (AV, Arm. 44 ms. 2 f.195r-210r).

**Facultates:** 8 VIII 1558 (AV, Arm. 42 ms. 11 f. 316r-320v).

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Cracoviam):** 12 X 1558 (Canisii eplae II 318).

**Obiit,** dum munus suum in Polonia explebat.

**COLLECTIONES PRINCIPALES:**

AV, Concilio di Trento 132 f. 179r-180v (clavis notarum arcanarum).

" Lett.Principi 11 f. 235r-259v (or. M ad SS: 20 I - 11 IV 1559).

BV, Chigi M.I.4 f. 146r-215r passim (reg. SS ad M: 29 X - 31 XII 1558).

Kraków, BPAN 8499 (cop. XIX saec.).

**Editiones:** Theiner VMPL II 592-594; Rykaczewski I 68-79 (instructio erronee attributa nuntio Bongiovanni); Smurlo RI, II/2 p. 601-602 (fragmenta); MHSJ, *Lainii monumenta*, T. 4, Matriti 1915 p. 251-252, 393-394.

**ADIUTORES:**

Theologi: Petrus Canisius SJ (*Beati Petri Canisii SJ epistolae et acta*, ed. Braunsberger, T. 2, Friburgi Brisgoviae 1898 passim); Dominicus Menghino SJ (MHSJ, *Lainii monumenta*, T. 4, Matriti 1915 passim).

**Bibliogr:** Garampi SL 63ar-br; Fabisz 363-364; Wierzbowski SL 59; Wierzbowski JU 160-295 passim; Biaudet NAP 95; Gulik-Eubel HC III 293; CT I 630- 654 passim; Wojtyska PP 105-122 et passim.

**Ed. contemporaneorum:** ANG 14: *Correspondance des nonces en France Lenzi et Gualterio. Légation du Cardinal Trivulcio (1557-1561)*, ed. J. Lestocquoy, Rome 1977.

<i>pontifex</i>	<i>a secretis</i>	<i>protector R.P.</i>	<i>rex Poloniae</i>
PIUS IV DE MEDICIS	CAROLUS BORROMEO	ALEXANDER FARNESE <i>comproteCTOR</i> IACOBUS SAVELLI	SIGISMUNDUS AUGUSTUS

---

## TOMUS IV

**BERARDUS BONGIOVANNI, epus Camerinensis (1560-1563)**

Natus Romae 1512; utr. iuri ediscendo in studiorum universitate Romana studuit; 5 III 1537 epus Camerinensis; 1539-1555 vicelegatus Marchiae Umbrae; particeps Concilii Tridentini 1547-1548, 1551 et 1563; 3 IV 1551 nuntius designatus in Polonia; "Promotor diligentissimus decretorum Concilii Tridentini observantiae", mores et disciplinam ecclesiasticam in sua dioecesi reformabat, 3 synodos a. 1564, 1571 et 1574 celebravit, duo seminaria clericorum Camerinii (1564) et in oppido Sancti Severini (1566) instituit, opera charitatis patrabat. Obiit 12 IX 1574 Camerini, sepultus in ecclesia S. Augustini Romae.

**Designatus:** ante 7 II 1560 (Wojtyska PP 130).

**Instructio:** circa 15 III 1560 (Milano, Bibl. Trivulziana 1132 f. 6r-7r).

**Facultates:** 14 V 1560 (AV, Reg. Vat. 1934 f. 113r-118v).

**Credentiales:** 25 IV 1560 (AV, Arm. 44 ms. 10 f. 132v-133r).

**Relatio:** 1561 (AV, Misc. Arm. 2, ms. 63 f. 5r-14r).

**Venit (Cracoviam):** 12 VII 1560 (Wojtyska PP 134).

**Discessit (Cracovia):** 7 VIII 1563 (BV, Barb. Lat. 852 f. 19r).

**COLLECTIONES PRINCIPALES:**

AV, Nunz. Pol. 5A ff. 118 (or. B ad Morone: 20 IV 1561 - 21 V 1563).

" " " 170A ff. 51 (reg. SS ad B" 30 VIII 1560 - ? IV 1563).

" Conc. Trento 71 f. 1r-17v (or. et cop. B ad div. et ad B: 12 I - 14 VI 1561).

BV, Vat. Lat. 6409-6414 passim (singulae eplae, 1560-1563).

Kraków, BPAN 8499-8500 (cop. XIX et XX saec.).

**Editiones:** Theiner VMPL II 598, 638, 652-653, 658-705; Rykaczewski I 84-110; Wierzbowski U I 43, II 135-140, IV 3-9; Smurlo RI, II/2 p. 602-605; Orichoviana 513-515; CT VIII 8; Meyszstowicz-Wyhowska DPAP 64-67; Lanckorońska DAM I 3-130, II 3-5, 9 (EFE LVIII-LIX).

**ADIUTORES:**

Auditor: ignotus.

Cancellarius: Ioannes Zamojski (Wojtyska PP 199-200).

Secretarius: Benedictus Gavello (BV, Vat. Lat. 6436 f. 254r-255r).

**NUNTIUS EXTRAORDINARIUS: IOANNES FRANCISCUS CANOBIO** (1561), missus in Moscoviam, litteras passus a rege Poloniae non obtinuit (Theiner VMPL II 641).

---

**Bibliogr.:** Garampi SL 61av, 63br-64bv; Bartoszewicz EPO IV 52-53; Fabisz 135-137; Wierzbowski SL 60; Wierzbowski JU 178-668 passim; J. Fijałek, *Moderniści katoliccy kościoła lwowskiego w wieku XVI. 2. Rozpoczyna stow o nuncyaturze Berarda Bongiovanniego, pierwszego dyplomaty papieskiego w Polsce.* "Pamiętnik Literacki", 7 (1908) 395-430; Pastor SP VII 366-369; Gulik-Eubel HC III 148-149; W. Budka, *Papier listów nuncjusza Bongiovanniego*, "Silva Rerum", 4 (1924) 182-184; D. Caccamo, DBI XII 63-66; H. D. Wojtyska, *Król i nuncjusz. Zygmunt August i Berard Bongiovanni w latach 1560-1563*, in: *Studia i materiały Instytutu Studiów Kościelnych w Rzymie*, Rzym 1972 p. 43-68; Wojtyska PP 122-160 et passim.

**Ed. contemporaneorum:** *Nunziatura di Mons. Prospero Santa Croce al Re Cattolico*, 1560, ed. G. B. Adriani, in eiusdem: *Della vita e delle varie nunziature del Card. Prospero Santa Croce*, Torino 1869, p. 547-662; *Nunziatura di Mons. Prospero Santa Croce alla Corte di Portogallo*, 1561, ibidem, p. 663-709; NBD II/1: *Die Nuntien Hosius und Delfino, 1560-1561*, bearb. von S. Steinherz, Wien 1879; NBD II/2: *Nuntius Commendone, 1560-1562*, bearb. von A. Wandruszka, Graz 1953; NBD II/3: *Nuntius Delfino, 1562-1563*, bearb. von S. Steinherz, Wien 1903; Olarra-Larramendi ICN I 23-40 (nuntiatura Hispaniae); Villani OCNN 422-515 (nuntius Neapolii); NI: *Nunziature di Savoia*, T. 1(15 ottobre 1560 - 29 giugno 1573), a cura di F. Fonzi, Roma 1960; ANG 14 (ut in Tab. III 2).

<i>pontifex</i>	<i>a secretis</i>	<i>protector R.P.</i>	<i>rex Poloniae</i>
PIUS IV DE MEDICIS	CAROLUS BORROMEO (ad IX 1565)	ALEXANDER FARNESE <i>viceprotector</i>	SIGISMUNDUS AUGUSTUS
	MARCUS SITTICH (IX - 9 XII 1565)	IACOBUS SAVELLI	

---

## TOMUS V

**IOANNES FRANCISCUS COMMENDONE, epus Zacynthiensis  
(1563-1565)**

Natus Venetiis 17 III 1524; 1551 dr theologiae et utr. iuris in univ. Patavina promotus; ab a. 1551 cubicularius Iulii III pont.; 1553 missionem secretam in Anglia et 1554 in Lusitania explevit; 1555-1559 secretarius maior Pauli IV; 25 X 1555 epus Cephaloniensis et Zacynthiensis; 1560-1561 nuntius extraordinarius in Germania Septentrionali; 12 III 1565 cardinalis creatus rege Poloniae postulante; legatus pontificius: 1567/68 ad comitia Imperii Augustana, 1568/69 apud imperatorem Maximilianum II, 1571/73 apud eundem imperatorem et regem Poloniae Sigismundum Augustum. Obiit Patavii 12 XII 1584, ibique sepultus.

**Designatus:** mense Augusto 1563 (Theiner VMPL II 707).

**Instructio:** IX 1563 (in quadam collectione privata).

**Credentiales:** desiderantur.

**Facultates:** extensio 1 et 24 III 1565 (AV, Arm. 42 ms. 22 f. 142r, 175r).

**Relatio finalis:** deest.

**Venit (Cracoviam):** 21 XI 1563 (BV, Barb.Lat. 5798 f. 260v).

**Discessit (e finibus Poloniae):** 8 XII 1565 (BV, Barb.Lat. 5798 f. 623r).

## COLLECTIONES PRINCIPALES:

- AV, Nunz.Pol. 5 f.1r-80v, 124r-180v, 254r-289v (or. div. ad C: 1564-1565).
  - " Nunz.Diverse 146 f. 1r-83r (reg. C ad SS: 9 X 1563 - 25 III 1564).
  - " Lett.Principi 22 f. 364r-434r (or. SS ad C: 20 I - 9 XII 1565).
  - " " " 24 f. 71r-111r, 145r-181r (or. div. ad C: 4 XII 1563 - 8 XII 1565).
  - " " " 26 f. 28r-30r, 83r-87r, 244r (or. div. ad C: 21 I - 3 X 1565).
  - " " " 27 f. 4r-43r, 116r-126v (or. div. ad C: 23 XII 1563 - 27 I 1566).

BV, Barb.Lat. 5798 f. 253r-626r (cop. C ad SS: 19 X 1563 - 9 XII 1565).  
Città di Castello, Arch.Magherini-Graziani, olim ms. 24 (reg. C ad SS: 9 X 1563 - 31 X 1565).

Kraków, BPAN 8490 I/II (cop. XX saec., codex Mieczslai Żywczynski).

**Editiones:** Turgenev I 199-205 (excerpta); M. Malinowski, *Pamiętniki o dawnej Polsce z czasów Zygmunta Augusta, obejmujące listy J. F. Commendoni do św. Karola Boromeusza*, T. 1-2, Wilno 1847-1851; Theiner VMPL II 715-722; Wierzbowski U I 64, 70-75, 81-82 (excerpta); II 172-186 (excerpta); IV

233-241; Ehrenberg UA 100-253 passim; Ehrenberg IB 12-26; *Lettere di sovranie prelati dirette a Pio IV, al card. Borromeo ed ad altri (1560-1630)*, "Bollettino Storico della Svizzera Italiana", 21 (1899) 32-33, 74-76; Meister 235-237 (clavis notarum arcanarum); Welykyj LNA I 36-49; Šeptyckyj I 9, IX-X56-60; Lanckorońska DAM I 133-139, II 27-44 (EFE LXVIII-LIX).

**ADIUTORES:**

- Auditor: Vincentius Dal Portico (BV, Barb.Lat. 4698 f. 147r).  
 Secretarii: Antonius Maria Graziani (*De vita Ioannis Francisci Commendoni Cardinalis libri IV*, Parisiis 1669 p. 108-210, fragmenta versionis Polonicae ed. Niemcewicz I 45-84, 141-162).  
 Paulus Aemilius Giovannini (relatio: AV, Nunz.Pol. 9 f. 355-368, ed. Korzeniowski AR 175-205).  
 Fulvius Ruggieri (relatio: ed. Rykaczewski I 113-165, Polonice).  
 Theologus: Balthasar Hostounsky SJ (cfr. S. Kot, *Un gesuita boemo (Balthasar Hostevinus, patrocinatore delle lingue nazionali slave e la sua attività in Polonia e Lituania (1563-1572)*, "Ricerche Slavistiche", 3 (1954) 139-161).

**NUNTIUS EXTRAORDINARIUS: IOANNES FRANCISCUS CANOBIO**

(December 1564 - Ianuarius 1565), cfr. AV, Lett.Principi 29 f. 31r, et Theiner VMPL II 713.

**Bibliogr.:** Garampi SL 65av-67bv; Bartoszewicz EPO V 800-807; Fabisz 137-160; Wierzbowski SL 60; N.N. Ljubović, *Papskij nuncij Kommandone v Pol'se*, "Žurnal Ministerstva Narodnago Prosveščenija", 1887 p. 68-99, 203-240; Wierzbowski JU 207-768 passim; Biaudet NAP 112; Pastor SP VII 370-374; L. Van Meerbeeck DHGE XIII 367-378; CT III/2 200, 325; Gulik-Eubel HC III 41, 162; M. Żywczynski, *Sprawa wysłania nuncjusza papieskiego do Polski w 1563 roku*, in: *Wieki średnie. Prace ofiarowane T. Manteufflowi w 60 rocznicę urodzin*, Warszawa 1962 p. 283-289; D. Caccamo DBI XXVII 606-613.

**Ed. contemporaneorum:** NBD II/4: *Nuntius Delfino, 1564-1565*, bearb.von S. Steinherz, Wien 1914; Olarra-Larramendi ICN I 40-44; Villani OCNN 518-531 (nuntius Neapol); NI: *Nunziature di Savoia* (ut in Tab.IV).

<i>pontifices</i>	<i>a secretis status</i>	<i>protector R.P.</i>	<i>rex Poloniae</i>
PIUS IV MEDICI	MARCUS SITTICH v. HOHENEMS († 9 XII 1565)	ALEXANDER FARNESE (ad 9 XII 1565)	SIGISMUNDUS
